# DISCURSUS HISTORICO-IURIDICUS DE COMITIIS IMPERII ROMANO-GERMANICI, QUEM ... SUB...

Henricus Andreas Cranius, Heinrich Christoph : von Griessheim, ...

viro

*Magnifico, Nobilißimo, Amplißimo, &*
*Consultißimo,*

# DN. MELCHIORI GOLDASTO AB Heiminßfeldt /

Iuris publici, & priuati vti peritissimo, ita per totam Europam Celeberrimo, Illustrissimi comitis Schaumburgici consiliario cùm intimo, tùm oculissimo; Præceptori & Patrono meo omni obseruantiæ cultu ætatem prosequendo.

*Hancce dissertationem ex eiusdem scriptis depromtam lubens libensq́; reddo, meq́; eiusdem promotioni submissè commendo,*

HENRICVS CHRISTOPHORVS
von Grißheim Eq. Thür.
Auctor & R.

Discvrsvs Historico-Ivridicvs

De

# COMITIIS SACRI ROMANI IMPERII AVGVSTISSIMIS

## Thesis Prima.

Cyrus apud *Xenophontem l. 8.* Neq; aureum illud ſceptrum eſt, inquit, quod regnum defendit, ſed copia conſiliariorum, ea regibus ſceptrum veriſſimum, tutiſſimumq; eſt. Et ſecundum *Per. Gregor.* nullam reperire licet Rempublicam, quæ ſine conſilio viguerit.

II. Adeò vt veriſſimum illud *Saluſtij* meritò cenſeatur; Omnia regna, ciuitates, nationes vſq; eò proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuêre: vbicunq; gratia, timor, voluptas ea corrupêre, paulò poſt imminutæ opes, deinde ademtum imperium, poſtremò ſeruitus impoſita eſt.

III. Hinc ſapientiſſimè alloquitur Proceres Imperij Frid. Barbaroſſa apud *Gunth. in Ligur. L. 8.*

*Veſtris cupio diſponere cuncta Conſilijs*

Vbi *Rittersh. in not.* Hoc ait, boni principis eſt, ſalutaria conſilia admittere, & auſcultare, nihilq; penitus non antegreſsâ ſeriâ deliberatione ſuſcipere. Et iterum *ap. Gunt. 16.*

*——Hanc illis gaudens injungere curam*
*Vt ſuper Eccleſiæ ſeu regni iure, ſalubri*
*Conſiliô, monituq; virum formare laborent.*

IV. Hoc Exemplum Friderici adhuc hodiè obſeruare tenentur ejus ſucceſſores Romani Impp. vel reges, qui, quoties neceſſitas Reip. ſuadet, Ordines ſeu Status imperij omnes & ſingulos conuocare, atq; cum ijs de Reip. ſummâ deliberare & ſtatuere ſolent.

V. Atq; hi conuentus vocantur comitia, quaſi coitia â coeundo, quod conueniant præcipui ordines Reipublicæ, & ita ſint quaſi regni Epitome, & compendium, ſecundum *Keckerman. L. 1, Polit. c. VII.* Siquidem in iſtâ conſultatione, totum regnum repræſentetur, & tota ſalus regni in delibera-tionem cadat, *Hotom. de antiq. iure regni Galliæ c. 14. & ſeqq.*

VI. Penes hæc, teſte *Paurmeiſt. de Iurisd. L. 2. c. 2.*, omnis ferè imperij adminiſtrandi vis ac poteſtas eſt: In hiſce cõſilia communicantur de ſummâ rerum & præcipuis rerum-publicarum articulis: In hiſce plurimum momenti conſiſtit, ſiue ad euertendam, ſiue ad mutandam, ſiue ad conſeruandam Rempublicam, imò ſunt fundamentum Reipublicæ, vti eleganter loquitur *Celeberrimus Dn. D. Arniſ. in tr. de I. Maieſt. L. 2. C. IV. n. 17.*

VII. Et ſecundum *Bodinum de Republ. L. 3. C. VII.* Innumerabiles ſunt comitiorum vtilitates. Nam ſi conſcribendi exercitus, imperanda tributa, cogenda pecunia ſit, tùm ad hoſtes repellendos, tum ad latrocinia perditorum hominum coërcenda, tum ad portus, arces, mœnia, ſarta tecta, vias, & cætera id genus ſarcienda, quæ nullâ ratione poſſent â ſingulis, omnium optimè ab vniuerſis conficiuntur. Et iterũ: Singulorum voces, ait, minus exaudiuntur, totius verò prouinciæ clariſſima vox eſt, & rogatio efficax.

8. De-

IX. Definitio comitiorum à *Paurmeist.d.l.n.3.* talis affertur, quòd sint Cæsaris & Ordinum Imperij conuentus Reip. causâ. Sed hæc descriptio de Ordinibus indefinitè concepta, comitijs particularibus, vbi non omnium Statuum præsentia requiritur, accommodari nequit. Deinde semper requirit Cæsaris præsentiam, quæ tamen in conuentu Electorum non desideratur.

X. Magis itaq; placet descriptio comitiorum, quam adducit *Bertram. in disc. de Comit. th.8.*, vt sint conuentus totius corporis Imperij aut partis, ad aliquid sciscendum decernendumuè Reip. causâ.

Comitia imperij diuiduntur in vniuersalia & particularia, *Matth.Steph. de Iurisd. lib. 2. p. 1.c.1.memb. 2. n. 11. Paurmeist. L. 2.c. 2. n. 5. Bertram. d.l. Schönb. L. IV. c.33.*, vbi affirmant, quod propriè comitiorum verbum, de vniuersorum Imperij Ordinum conuocatione intelligitur, & vulgò ein Reichstagk/ ein gemein Reichstag / eine gemeine Reichsversamlung / appellatur.

I. Vniuersalia autem comitia sunt, vbi jmperator, & reliqui vniuersi status Imperij, ex quibus imperium Romanum constitutum est, conueniunt. Particularia verò comitia sunt congregatio certa ex corpore Reipub. partis.

II. Exemplum particularium comitiorum præbeat nobis primò conuentus deputatorum, decreto Augustano. *C.1555.* primùm institutus, cuius personæ hæ sunt: Commissarius Cæsaris, sex Electores, ex Principibus quatuor, Archidux Austriæ; VVürceburgensis & Monasteriensis Episcopi; Albertus dux Bauariæ; ex prælatis Cervvigius, Abbas VVeingardensis, & Ochsenhusanus; ex Comitibus & Baronibus Comes Fürstenbergensis; ex ciuitatibus Colonia & Noriberga.

III. Et cùm personale esset ante horum munus, decre-

cretum est Augustæ *A. C. 1559.*, vt ad heredes esset transitorium, & prioribus adiecti sunt: Dux Iuliacensis, Landgrauius Hassiæ, Episcopus Constantiensis, Dux Burgundiæ, Dux Brunsuicensis, & Duces Pomeraniæ.

XIV. Causa huius conuentus ordinaria est, si graues adeò motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires vnius, trium, vel quinq; circulorum non sufficiant: hi rem ad Electorem Moguntinum deferunt; Is deputatos Francofortum ad Mœnum conuocat. Schönbörner *d. loc. Paurm. d. l. n. 56. Matth. Steph. 16.*

XV. Locus horum comitiorum ordinarius est Francofurtum, *vide Recess. August. de A. 55. §.* So sich denn abermaln / ibi: gehen Franckfurtt am Meyen zusammen erfordern vnd beschreiben / *Bertram. d. l. th. 13.*

XVI. Quod verò à deputatis consultatur, & transigitur, eundem cum communibus totius Imperij decretis obtinet valorem, Wird vor einen gemeinen Reischßbeschluß gehalten / *vide Recess. Imperij de A. 94. §.* waß vnd so viel aber nach diesen / ibi: vnd an stadt algemeiner Stände deß reichs beschließlig zuerörtern / *Bertram. d. l.*

XVII. Cum enim vniuersi Ordines Imperij absq; ingēti sumtu ac molestiâ, comodè prò necessitate occurrente conuenire non possent, placuit Imperatori, & Ordinibus, vt præter Imperatoris commissarium certæ personæ ex Ordinibus eligerentur, quæ essent locô vniuersi senatus Imperialis, & his plena ab omnibus coniunctim potestas data fuit, ius & iusticiam administrandi, *Matth. Steph. d. l. n. 11. in med.*

XIIX. De hisce conuentibus deputatorum, *vid Nobiliss. & Celeberrimū Dn. Præceptorē Goldast.* in Politischene Reichßhändeln *p. 22. c. 9.*, vbi scribit, Electores maximoperè esse impedimento, quò minus hi conuentus frequententur, (r) dieweill

weil in solchen gemeldeten deputationib⁹ die Churf. keine præeminens vor andern/ vnd sonst derselben votum mehr nicht/ alß eines andern geachtet wird. (2) das auch die Churf. in denn außschüssen gemeiniglich vberstimmet werden. Et addit, in Iuramento capit. hodiernæ cautum esse, daß der Imp. die Churf. zur solchen deputationibus nicht dringen wolle.

XIX. Deinde inter particularia comitia referri debent conuentus Circulorum, Kräißtege/ *de quibus vide Paurmeist. d. l. n. 58. & seqq. Matth. Steph. d. l. c. 4. n. 48.* Negocia, de quibus in hisce comitijs agi solet, recenset *Matth. Steph. d. l.* de contributionibus, monetis probandis, vel reprobandis, præsentatione assessorum Cameræ, Executionibus contra contumaces à Statibus faciendis, quibus duo principes vel duces, qui conuentum indicunt, per litteras vulgò Kreystagßaußschreiben præficiuntur, vulgo Außschreibende Fürsten/ quorum alter Ecclesiasticus, alter secularis esse solet.

XX. Hisce comitijs etiam annumerari debent die Churfürstentage: Concessum enim est principibus Electoribus *per c. 12. A. B.* vt absq; specialis veniæ impetratione, prô salute & incolumitate imperij singulis annis conuentum agere possint, *Id est:* daß dieselbe Churfürsten fürbaß alle jahr einmal eine versamlung vnd gespreche haben. Hæc constitutio renouatur & repetitur in subsequẽtibus capitulationib⁹ Impp. hisce verbis: Wir lassen auch zue/ daß die Churf. je zur zeiten/ nach vermügen der Gülden Bull/ vnd jhrer gelegenheit deß heiligen Reichß/ zur jhrer Notthurfft/ auch so si beschwehrlich obligen haben/ zusammen kommen mügen/ dasselbe zu bedencken/ vnd berahtschlagen/ daß wir auch nicht verhindern noch irren/ vnd derhalben keine Vngnade oder widerwillen gegen jhnen sämptlich/ noch sonderlich schöpfen vnd emphahen/ sondern vnß in deme vnd andern/ der Gülden Bull gemeß genädiglich/ vnd vnuerweißlich halten sollen/ vnd wollen. *vide hanc cap. ap Nobiliss. Dn. Pracep-*

*ceptorem Goldast. p. v.* politischer Reichshande. 1. *Latius hæc materia tractatur à Cl. Dn. D. Arnis. De I. Majest. L. 2. c. 2. n. 3. & c. 4. in f. Buxtorff. & D. Arum. ad c. 12. A. B. Bertram. d. l. th. 11.*

XXI. Illud paucis ex *Ventur. de Valent.* annotabo, hunc conuentum Electorum collegialem, omnium optimum remedium in magnis Germaniæ tempestatib⁹ reputari, ejusq; solius mediô & remediô Sacri Romani Imperij possessionem aduersus Pontificis Romani molitiones, & alias ejusmodi lites & malitias publicas, semper fuisse conseruatam, & adhuc conseruari.

XXII. Quæritur hîc, anne Electores in propriâ personâ comparere teneantur? Resp. negatiuè ex ijs, quæ scribit *Goldast. d. l. p. 8. c. 3. §. 9. ibi:* Die mit jhren selbst leiben zue solchen Tagen kommen / vnd die andere / die von ehehafter she wegen / mit jhren selbst Leiben nicht kommen können *D. Arum. disc. 5. ad A. B. th. 21.*

XXIII. Vltimò Particularibus comitijs accenseri debent die wahl Thage: De quibus vide *Matth. Steph. d. n. 11. Paurmeist. d. l. n. 8. Onuph. Panu. De comit vbi c. 3. L. 1. & c. 4. L. 2.* hæc comitia vocat Imperatoria, eò quod in illis Imperator eligitur. Exemplô veterum, qui ea, quibus consules creabantur, consularia, quibus prætores, vel censores, prætoria vel censoria, item legum, quibus leges ferebantur, iudiciorum, quibus iudicia exercebantur, vocabant.

XXIV. Hisce breuiter præmissis, comitia generalia, quæ teste *Matth. Steph. d. l.* κατ᾽ ἐξοχὴν Reichstage oder gemeine Reichß versamlung nominantur, explicabimus; Et primò videbimus, cuinam competat Ius indicendi comitia? *Althus. Polit. c. 13. Sixtin. de regal. L. 1. c. 4. n. 16. Bodin. L. 2. de Rep. c. VI. Clapmar. de arcan. Rerump. L. VI. c. 7. in pr.*

*pr. Vult. L. 2. Iurispr. Rom. c. 2. n. 30. Dn. Arnis. d. c. IV. n. 27. Camman. Disp. de Regal. VI. th. 83. hanc potestatem pertinere ad Ius summi imperij statuunt.*

XXVI. Vnde *Keckerman. System. Polit. c. 15. f. 261.* Nulla, inquit, res magis est aduersa perfecto, id est, Monarchico imperio, quàm si subditis licet conuentus agere suo magis, quàm principis nutu. Nec est vlla res, quæ magis Aristocraticum statum confirmet, quàm eiusmodi collegiorum cogendorum libertas.

XXVII. Hæc itaq; cogendi comitia facultas, tanquàm infallibilis maiestatis sequela, in nostro Imperio soli Cæsari est reseruata. Is enim

*Cunctorum, quos cernunt sidera, regum*
*Maximus est, totô nulli cessurus in Orbe.*

teste *Günt. in Ligur. L. VI. Et iterum L. 1. eleganter canit:*

*Suscipe cunctorum regnator maxime regum,*
*Suscipe lux mundi, cui nullum parue priusue*
*Spirat in orbe caput, te gaudet principe mundus,*
*Te populi, te regna timent, te solis ab ortu*
*Solis ad occasum submisso vertice cuncti*
*Suspiciunt, dominumq; simul, regemq; fatentur.*

XXVII. Et quidem ante hæc tempora potuit hanc potestatem exercere Imperator absq; vllius consensu, *vide Gunth. d. L. 1. n. 539.*

*Concilium procerùm totô de corpore regnì*
*Conuocat, vt dignô celebretur curia cœtu*

XXIIX. Sed hodiè tenetur adhibere consensum & auctoritatem Electorum, eosq; omnes & singulos per litteras consulere, antequam diem futurorum comitiorum edicat, *vide Goldast. in* politischen Reichßhändelen *parte 22. c. 1. ibi:* So

B pla-

phlägetdie Römische Keys. Maiest. solches zuuor denn Churf. einen iedernn insonderheit durch schriften zuvermelden. *Paurmeist. d. l. n. 19. Matth. Steph. d. l. Schönborn. d. c. 33. Bertram. d. l. th. 17. Kirchn de Rep. disp. v. Corol. 1.*

XXIX. Idq; vigore capitulationis, vti colligendum ex capitulatione Carol. V. apud *Sleid. L. 1.* ibi: conuentum Imperij nullum edicat, nisi de consensu Electorum; Et capitulatione Ferdinandi, quæ habetur apud *Goldast. d. l. p. v. c. 1.* ibi: Auch in zugelassenen Notthürfftigen fällen die Reichstage one wissen / vnd willen der Sechß Churfürsten dazu erfordert / nicht ansetzen noch außschreiben.

XXX. Quod ipse jmperator attestatur in litteris, quibus ad comitia vocantur ordines, vulgò dem außschreiben zum Reichstage / his verbis: Wan den sampt vnß vnd deß heiligen Reichß Churfürsten / nach reiffer / Stadlicher erwegung / vnuermeidlich / vnd vnumbgänglich zusein befunden / einen algemeinen Reichstag anzustellen / Dazue vnß wolermeldete Churfürsten einhellig / jhren consens dem herkommen gemeß / vnter jhrer liebden Handschrift / vnd siegeln gegeben / die bestimmung deß Tageß heimgesetzt / etc.

XXXI. Quando autem hoc jus in se transtulerunt Electores, nemo de scripsit, *testibus Bodinò d. l. & Bertram. d. th. 17. Bortio in synops. Iur. Publici th. V,* vbi id tum maximè contigisse putat, cum ex imperiò merè successoriò electitium factum fuit.

XXXII. Hicq; consensus in tantum est necessarius, vt eô non interueniente, comitia sint, & censeantur ipsô iure nulla, *secundum Bertram. d. l. th. 18. Daniel. Otthon. c. 13. de iure Publicô,* vbi assensum Electorum in comitiorum indictione velut formam requiri testantur.

XXXIII. *Deinde* in hocce discursu considerandum, qui-

quinam hodiè ad comitia vocentur? Respondet *Guntherus noster in Ligur. L. 1. n. 175.*

*——Proceres totius viscera regni*

Et paulò post

*Huc sacri celebresq; viri, quos laude serenâ*
*Infula vel gladius mundo facit esse verendos,*
*Ex omni regione fluunt, ad publica regni*
*Commoda, de summis agere ac disponere rebus*
*Exactà ratione parant. &c.*

Et iterum

*——Proceres, quos inclyta robora regni*
*Et validas nunquam pudeat dixisse columnas.*

XXXIV. Hosce nostrates vocant status Imperij, vulgò stände deß Reichß/oder Reichßrähte. De hisce scribit *Vietor intr. de Exemt. imp. concl. 4.*, quod sint tanquam gemmæ in Imperij purpura. *Et Guilielm. Brussius Scotus in consiliô de bellô adversus Turcas feliciter gerendô notat,* se vt in Italiâ palatia, & antiquitatum monumenta, in Galliâ milites, in Hispaniâ Præsules, in Angliâ agricolas, in Poloniâ nobiles; Ita in Germaniâ Principes, omni laude & admiratione dignos invenisse.

XXXV. Vnde *& AEn. Sylu. in descript. German. t. 30.* Nullibi terrarum, ait, illustriores aut nobiliores familiæ extant, nec vlla est familia in Gallijs, ne regia quidem, nulla in Hispania, aut Italiâ, paulò illustrior, quæ, si antiquitatem repetat suam, non statim è Germaniâ esse, & veluti è seminario quodam nobilitatis venisse, glorialur.

XXXVI. Ad quod respiciens CAROLVS V. dicere solitus est, se in alijs suis regnis, & ditionibus mancipijs & ser-

seruis; at in Germaniâ liberis & Regibus imperare: Et MAXIMILIANVS se Regum Regem dixit, cum alij seruorum aut asinorum reges esse malint. *vide etiam Kirchn. disp. 12. Corol. 12.*

XXXVII. Vocantur autem status imperij *ab Andr. Gail. rerum German. peritissimo L. 1. obs. 21. n. 2.* ii, qui Cæsaris, & communi procerum Imperij consensu in album, siue matricem, aut matriculam imperij recipiuntur, eâ lege, vt imperio occurrente necessitate, certum censum in albô, siue matriculâ expressum pensitent, vel subsidium militare præstent, & alium superiorem, quam Imperatorem non recognoscant.

XXXIIX. At propriè imperij status esse & dici eos volunt, *Paurmeist. de Iurisdict. L. 1. c. 6. n. 3. Matth. Steph.* L. 2. *de Iurisd. p. 1. c. 4. n. 30. Daniel. Otth. c. 17. de I. publ. Bertram. d. l. th. 26. Bortius d. l. 3. th. 8. Besoldus disc. de Iure & imper. Imper. Ciuit. th. 7. Arum. Disc. 1. ad A. B. th. 8. Gail. de Arrest. c. VI. n. 25.* qui cum Imperatore Alß ein Christlich corpus vnd Versamlung Ius sessuræ ac dicendæ sententiæ habent in comitijs vel conuentibus Imperij.

XXXIX. Hancq; esse differentiam, quâ status imperij à reliquis immediatis subditis dignosci possint, arbitrantur, *Paurmeist. & Bort. dd. ll.*

XL. Proinde pergunt nostri, & volunt, vniuersorum Imperij Ordinum conuocationem esse necessariam, imò quemlibet statum in specie singulari citatione esse vocandum, *Daniel. Ottho d. c. 13. Bertram. th. 20.* Schönbörner *a. c. 33.*

XLI. Quid igitur dicendum De Rege Bohemiæ, anne & ille vocandus erit? *Freher. in not. ad Pet. de Andlo L. 2. c. 2.* testatur, Regẽ Bochemiæ de hodiernâ consuetu

tudine ad comitia non vocari. Hæc sententia probatur â *Bertram. th. 31. & Daniel. Otth. d. c. 13. Buxtorff. ad A. B. th. 41. l. d.*

XLII. Hinc libenter vellem, *vt Paurmeister d. L. L. 2. c. 1. n. 17.* rationem adderet, cur Regem Bohemiæ statibus Imperij annumeret, præsertim cum ipse substantiam status in iure sessuræ, & dicendæ sententiæ esse collocatam velit.

XLIII. Hoc quidem constat *ex c. 7. inf. & c. 8. A. B.* regnum Bohemiæ esse feudum imperij, *vide quæ egregiè tractant Buxtorff. ad A. B. th. 88. l. c. Arum. ad d. c. 8.* Sed exinde non sequitur Regem Bohemiæ esse statum imperij.

XLIV. *Quæritur vlterius* de nobilibus, qui nulli statui, sed immediatè Imperio sunt subiecti, die Freye von Adel die Freye Ritterschafft/ welche ohne mittel den Kayser vnterworffen/ anne sint vocandi ad comitia, & in ijs ius suffragij habeant? Olim sanè illos quoq; comitijs interfuisse planum fit ex præfat. A. B. *ibi:* Auch andere Fürsten/ Grauen/ Freyen/ Fürtreffende Edelen/ Et ex recessu Imperij *de A. C. 1442. inpr. ibi:* Mit beywesen/ vnd Raht ꝛc. *ibi:* Freyen/ Herrn/ Ritter/ Knecht/ vnd Stätte. Eadem habentur in Bullâ Sigismundi *§. 2. & §. 4.* â Goldasto *tom. 1. constit. imper. p. 143. & seqq.* relata. Et confirmat hanc sententiam Cuspin. *in Ludou. Bauari vitâ f. 468. ibi:* Conuocat ob id Cæsar Principes in Francofurt, omnes Electores, Duces, Episcopos, comites, NOBILIORES quoscunq; &c.

XLV. *Hodiè* autem in comitijs nobilium nulla habetur ratio; non enim sunt status, nec reperiuntur in imperij matriculâ. *Sixtin. de Regal. L. 1. c. 4. n. 94. Paurmeist. d. c. 2. n. 17. Buxtorff. Disc. Ad A. B. th. v. L. c.* Elegantiss. *Cluten. th. 26. L. K. Daniel. Orthod. c. 13. Bruning. de varijs vniuersitat. speciebus th. 18. Bertram. d. l. th. 39. Petrus Fritze de Nobilit. conclus. 18. L. R.* &

2. & nouissimè *Besoldus in Discursu De ordine Equestri libero. th. 13.* vbi hoc in eorum fauorem receptum esse statuit, ne Cameræ Imperialis sumtus prô ratâ ferre, aliaq; statuum onera subire teneantur.

XLVI. De ciuitatibus jmperialibus eadem mouetur quæstio; Et quidem Peucerus *in complementò Chron. Philippi Melanchth. L. v.* Ciuitates non suffragandi, sed consulendi tantum ius habere existimauit. A quô non alienus est Althus. *in Polit. cc. 33. n. 76.* vbi ita inquit: Vnde liquet, collegium hoc tertium, subintellige ciuitates, non tàm ferre suffragia, quam alterius collegij ex duobus prioribus sententiam approbare, vt videatur id potius ius adprobandî, quàm sententiæ dicendæ habere.

XLVII. Ita etiam orator Venetorum in relatione suâ de Aulâ & regnô Imperatoris: Ciuitates, ait, etsi sententiam suam quasi consilium conferunt, tamen nullum in decidendo suffragium habent. Et apud Goldastum in politischen Reichßhändeln *p. 22. c. 11.* Auctor von *relationibus* in Reichßsachen / doch ist im Reich wenig erhöret / inquit, daß die Stätte ein ander bedencken haben / oder der zweyen andern Rähte bedencken disputirn, sondern lassen es gemeiniglich dabey bleiben.

XLIIX. Verùm hâc sententiâ reprobatâ sequor fidem *Nobilissimi Paurmeist. d. l. n. 23. Matth. Steph. d. l. n. 11. & C. IV. n. 35. Arum. discursu 1. Ad A. B. th. 8. Cluten th. 27. Buxtorff. ad A. B. th. v. l. d. Obrecht. d. Iurisd. c. 6. n. 76. Consil. duo German. hâc de quæst. singul. Ludou. Grempij & Hieron.* zum Lamb. *Bruning. de var. vniuers. spec. th. 18. Syring. disp. de Pace relig. th. 39. L. B. Sixtin. d. L. 1. c. 4. Daniel. Otth. d. c. 13. Bort. d. c. 3. th. 9. L. c. Bertram. d. l. th. 46. Gail. 2. obs. 57. n. 7. & nouissè Besoldi in Elegantisso discursu De iure & imper. Imperial. ciuitatum*

*conclus.*

*conclus. 7.* qui communiter statuunt, ciuitates non solum ad comitia vocari, sed & ibi votum cùm consultiuum, tum decisiuum, habere.

XLIX. Hæcce sententia potest probari *primò* ex Günth. nostro, qui Ciuitates ad Imperatorum quoq; Electionem fuisse vocatas olim, inibiq; ius disponendi habuisse affirmat, *L. 1. v. 199. & seqq.*

*Sic postquam sedere Duces, dubioq; volutant*
*Pectore, cui tanti regni tribuantur honores,*
*Saxones, & quorum ripuaria nomine tellus,*
*VVestphaliæq; vrbes, & Norica rura regentes,*
*Allobrogumq; Duces coeunt, Cymbriq; feroces,*

Et paulò post

*Quæq; suos vrbes huc direxêre potentes &c.*

Vbi Rittersh. *in not.* quin potius, ait, contra factum, vt vnaquæq; vrbs suos potentes seu optinates mitteret *&c.* Sic idem Author *l. 8.* alium describit conuentum Imperialem, in eoque de regalibus seu fisci iure tractatum fuisse prodit ac ait:

*Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco,*
*Hæc, & si qua pari fuerant obnoxia iuri,*
*Prælati, proceres, mißisq; potentibus vrbes*
*Libera Romano liquerunt omnia regno*

L. *Deinde* probo ex formulâ juramenti Frider. 1. Imperat. quam refert Celeber. Dn. Besold. *d. l. hisce verbis:* IN CHRISTI NOMINE IVRO, NON SOLVM PRINCIPVM, SED ET CIVITATVM CONSILIO, NEGOTIA CONFOEDERATIONIS, ET COLLEGII VNI-

LI. *Tertiò* maximè huc conferunt acta Francofurtensium comitiorum, sub Ludouicô Bauarô super iniustis articulis Pontificis Romani celebratorum, quæ habentur apud „Goldast. *tom. 2. constit. f. 91.* ibi: Tunc quæsiuit Imperator „de ciuitatibus Aquensi, Augustensi, & Vberlingensi, & alijs, „si adessent? Et dictò, quod sic, dixit nuncijs ciuitatum. Vos „audiuistis decretum & consilium principum. Vos igitur „nuncij exite, nobisq; vestram deliberationem referte. Il„liq; exeuntes diùq; deliberantes, ad principes rediêre, & per „ciuem Moguntinum de mandatô omnium taliter respon„derunt: DOMINE, ciuitates aduerterunt, qualiter PA„PA cum articulis ad læsionem Imperij nititur. Et cum ci„uitates non possent stare, nisi cum imperiô, & imperij læsio „earum sit destructio: si dominus PAPA in talibus persiste„re vellet, nos insistemus omnibus vijs, quas cogitauerunt „Domini principes Imperij. Et quærente illô ciue à nunci„is, si ita esset? Omnibus nuncijs dicentibus, quod sic; jm„perator gratias multiplices referens, &c.

LII Vnde & hodiè ciuitates sub eâdem formulâ ad comitia vocantur, quâ status reliqui. Mit vnd neben andern Ständen helffen handeln/Rahtschlagen/vnd schlissen ꝛc.

LIII Quapropter & in plurimis decretis imperij hæc vel similia circa finem apponi solent verba: vnd wir Churfürsten/Fürsten prælaten, Graffen/vnd Herrn/ vnd des heiligen Reichß **Frey vnd Reichs Stadte gesanten/ Bothschafften/vnd Gewalthaber/** hernach benandt/ bekennen öffentlich mit diesen abscheidt/ daß alle vnd iede puncten/ vnd Artikel/ mit vnsern gueten wissen/ willen/ vnd Raht fürgenommen/ vnd beschlossen seyn.

54. Hic

LIV. Hic omninò est attingendus error Matth. Steph. haud vulgaris, qui *L. 2. de Iurisd. p. 2. c. 1. n. 18. & 23.* scribere audet, ciuitatem Brunsuicensem certò respectu Ducem Brunsuicensem ratione territorij recognoscere, ratione tamen regalium, quæ habeat ab Imperatoribus, IMMEDIATE IMPERIO SVBESSE, ET A PRINCIPALIORI CIVITATEM IMPERIALEM RECTIVS DICI.

LV. Et paulò post *n. 59.* Ciuitas, inquit, Brunouicensis, matriculæ *A. C. 1521.* compositæ DISERTE INSCRIPTA, PRO STATV EST, ET IVRE STATVS VTITVR. Hunc errorem ante Matth. Stephan. approbauit Iohan. Bodin. *de Republ. L. 2. C. VI.* Sunt etiam, ait, quæ seipsas in libertatem vindicarunt, vt BRVNSVICVM VVormatia &c. quem refert, & sequitur testis domesticus Iohan. Camman. *disp. de Regal. 1. th. 27.*

LVI. Bodino potius ignoscendum arbitror, tanquam rerum Germanarum imperito scriptori, quàm Stephan. Is enim *L. 2. p. 1. c. IV. de Iurisdict. n. 35.* scripserat, differentiam specificam statuum Imperij consistere in sessuræ, & dictionis sententiæ actuali communicatione. Quicunq; igitur non vocatur ad comitia, & in ijs non habet sessionem, & votum cùm consultiuum, tum decisiuum, ille non est Status Imperij. Iam autem, verbis vtar ipsius Matthiæ Stephani *L. 2. p. 2. c. 1. n. 61.* ciuitas Brunsuiga non vocatur ad conuentus jmperij, nec ibi sessionem, atq; votum habet. Ergo.

LVII. Sed opponit nobis Matthias Steph. matriculam jmperij, *A. 1521.* compositam *& d. c. 1. n. 86.* expresse refert inter ciuitates Imperiales Braunschweig; Nos dubitamus an hæc ciuitas vnquam inter status relata sit, & si hæc relatio facta est, errorē interuenisse arbitramur, interim hoc casu ma-

iorem fidem tribuimus Paurmeist., qui *L. 2. c. 1. n. 17.* ex professo catalogum statuum recenset. Brunsuigam autem non nominat.

LIIX. Praeterea constat ex Gail. *L. 1. obs. 21. per tot.* matriculam Imperij per se non sufficienter probare, sed & alijs requisitis opus esse, *vide recess. imperij de A. 1548. §.* Alß den auch durch die Kreyßverordente fürbracht/ *ibi:* deß gleichwol etliche Stände in deß heiligen Reichß anschlägen befunden/ aber vnbewust/ wer dieselbigen/ oder welcher Ende sie zuefinden oder seßhafft.

LIX. Sed longè aliter de his Imperatoria maiestas, cuique statui suum tribuens, in Rescriptô quodam ad Alexandrum de Pappenheim Mareschallum hereditarium, sub dato Pragae *ult. d. Octob. A. 1607. ap. Goldast. p. 2.* Reichßsatzung/ *p. 349.* ibi: Daß du der Stadt Braunswig abgeordnete fast wie andere erforderte Reichßstadt außschreiben lassen/ dessen sich ihr Landeßfürst Hertzogk Heinrich Julius zue Braunschwig höchlich beschweret/ darüber auch viel vnterscheidliche schrifften gewechselet worden.

LX. Audiamus etiam testem minimè suspectum Meichsner. qui *lib. 4. Decis. 201.* verissimum esse scribit, ciuitaten Brunouicensem non esse immediatè sub imperiô. Hancq; sententiam probant Bertram. *d. l. th. 44. in f.* & Cluten *in Syllog. rerum quotidian. Conclus. 27. L. G.* vbi ferè in fine eleg. addit, Bodinus, inquit, malè & imperitè confundit Brunsuicensem ciuitatē cum Imperialibus. *VVarem. ab Erenb. de fad. L. 2. c. 1. n. 38. quem vide omninò.*

LXI. Huc potest referri & obiter enarrari, quod alibi scitè & pulchrè scribit Sigon.

*Accipitrem milui pulsurum bella columbae*
*Accipiunt regem, rex magis hoste nocet*

*Inic-*

*Incipiunt de rege queri, quia ſanius eſſet,*
*Milui bella pati, quàm ſine Marte mori.*

LXII. Sed hæc omnia committo Iudicio Celeberrimi viri Dn. Chriſtoph. Beſoldi, cuius de hâc ipſâ materiâ, nimirum ciuitatibus mixtis vel pactitijs, diſſertatio proximè lucem videbit. Interim amplector ſententiam Nobiliſſimi Paurmeiſt. *L. 2. C. vlt. n. 13. ibi:* Habent complures, & inprimis Saxoniæ ciuitates, ampliſſima priuilegia, conuentiones quoq; cum principibus initas, quibus in multis ſubiectio ordinaria reſtringitur. Sed ita, vt in præcipuis ſuperiorem recognoſcant principem.

LXIII. *Vltimò* hic quęritur, an præcisè neceſſum ſit, vt ſtatus ſemetipſos in comitijs ſiſtant? A. B. C. 1. hanc quæſtionem ſoluit, & arbitrio Electorum permittit, velintnè in propriâ perſonâ comparere, an verò ſuos legales nuncios, plenam, liberam, & omminodam poteſtatem, habentes mittere. Si enim priuati, qui vt Vlpianus ait, rebus ſuis ſupereſſe ipſi vel nolunt, vel non poſſunt, per alios vel agere vel conueniri poſſunt *l. 1. §. 2. ff. de procurat.* ſanè id principibus, quib⁹ vel temporis momentò à curis, & ſummis negotijs animus vacuus non eſt, minimè denegari debuit, *Vide Arum. Diſc. 1. ad A. B. theſ. 26. Buxtorff. theſ. 22. Bertram. 52.*

LXIV. De Loco, vbi comitia celebrari debeant, hodie nihil certi eſt conſtitutum, niſi quod vtplurimum Francofurti ad Mœnum celebrata fuiſſe ex hiſtoricis conſtat, & præſertim ex AEmilianô, qui de comitijs An. 1486. Francofurti habitis ſic canit.

*Maximus hic Cæſar* ſolito de more *vocauit*
*Concilium, magnis quoties de rebus habetur,*

*Qua gens turritam Francfordia poßidet vrbem.*

LXV. Præterea AEn. Sylu. *in Germ. c. 25.* ait. Hic & prætorium nobile, in quô sæpè principes Electores conueniunt, de rebus acturi communibus &c. Atq; comitiorum occasione nundinas Francofurtanas solennes cæpisse arbitratur Dn. Arum. *ad c. 1. A. B. th. 35.*

LXVI. Sed posterioribus temporibus habita sunt comitia modò Augustæ, modò Coloniæ, modo Francofurti, modò Ratisbonæ, modo Spiræ, modò VVormatiæ, *vide Bertram. d. l. th. 22.*

LXVII. Hoc sapienter constitutum est, vt nouus Imperator, antequam rerum potiatur, iuratò confirmaret, quod extra fines Imperij Germanici conuentus non aget. *vide capitulat.* Caroli *V. ap. Sleid. L. 1.* & Ferdinandi *apud Goldast. d. l. p. V. c. 1. f. 263. ibi:* vnd sonderlich keinen Reichstagk außerhalb deß Reichß Teutscher nation fürnemen / oder außschreiben ꝛc.

LXIIX. Vnde quæritur, quousq; Germaniæ fines porrigantur? Respondeo cum Münster. *L. 3. c. 7. inf.* ea loca veras Germaniæ partes esse, vbi & lingua Germanica colitur, & Imperij iurisdictio agnoscitur. Münst. verba hæc sunt: Man theilt vor zeiten die Länder von einander durch bergk vnd wasser / aber jetzund scheiden die Sprachen / Regiment vnd herschafften / ein Land von dem andern / vnd demnach nennen wir zue vnser zeit TeutschLandt / alles das sich Teutscher Sprache gebraucht / es Lige gleich vber / oder hie jenet dem Rein oder Thonaw.

Imperij Germanici terminos Philip. Melancht. ponit hoc Epigrammate.

*Rhe-*

*Rhenus ab Occasu, Viadri sed flumen ab Ortu*
*Clauserunt fines, Teutonia terra, tuos*
*Aeriaq; Alpes immotum limes ad austrum*
*Balthicus ad Boream terminat Oceanus.*

LXIX. TEMPVS similiter fuit certum olim, & ordinarium, nimirum annuum *vide Paurm. d. l. n. 31.* sed nostris moribus id amplius non obtinet; Nam in imperiô hodiè non antè habentur Cæsaris & Ordinum conuentus quam si extremum ferè fatum immineat. *Bertram. d. l. th. 25.*

LXX. De REBVS, quæ in comitijs tractari solent varij varia scribunt: Adamus Kell. *in tr. de Offic. Iuridico-Polit.* plurimam comitiorum partem tribui scribit disputationibus de prærogatiuâ sessionis, quò etiam referendum, quod Hieron. Auennatus ad Electores, & cæteros ordines in comitijs Ratisbonens. A. 1594. congregatos scripsit:

*O proceres, proceres, dum qua quis sede sedere*
*Debeat; inter vos rixa miscentur & iræ;*
*Ne vestras sedes, & ne charissima quæq;*
*Eripiat vobis crudelis Turca cauete:*
*Illum etenim semper discordia vestra potentem*
*Fecit, & illius victricia reddidit arma:*
*Ponite iam, quid cessatis? rogo, ponite vanos*
*Inuidiæ morsus, odia & mala iurgia, tempus*
*Inq; aliud magis appositum differte querelas:*
*Publica ne pereant priuatos propter honores.*
*Commoda &c.*

LXXI. Arnoldus Clapmar. *de arcan. Rerumpublic. L. VI.*

*v. 13.* secutus Iouium, summa, inquit, Germanorum comitiorum plerumq; est pecunia, quod Günth., si viueret, æquò animò vix ferret, vt qui *L. 3. in Ligur.* sic canit:

*Quò mihi diuitias, cui seruit gloria mundi,*
*Quem possessor opum cũ paupere Diues adorat:*
*Inuigilent opibus cupidi, mihi sola potestas*
*Sufficit, & cunctis dare Iura potentia terris.*

LXXII. Præterea Zamoschius Polonorum Cancellarius irrisisse fertur Germanorum deliberationes comitiales, quod religionis negotia in ijs potissimum fuerint tractata: Sed potius risu excipiendus ipse Zamoschius, cum hæc etiam gentilium Romanorum prima & summa consultatio, prima senatus cura fuerit. Omne enim imperij fundamentum, omne stabilimentum in Religonis constitutione consistit. *Polyb. L. 6.*

LXXIII. Interim tamen plurima adhuc sunt capita, & negotia maximè ardua, de quibus deliberationes instituuntur in comitijs, veluti Legum ferendarum, belli gerendi, fœderum faciendorum, soluendorum tributorum, iniungendorum, & Iudiciorum exercendorum; ORDINARIA tamen sunt fermè consultationis comitialis capita: De formanda & constituendâ pace, & tranquillitate publicâ, de legibus, & ordinatione Iudicij Cameralis, de impositione collectarum, de moderatione indictarum pensitationum, de monetis, de matriculæ imperialis redintegratione, ac auulsis ab Imperiô prouincijs ac ordinibus recuperandis. *vide Matth. Steph. d. n. 21. Paurmeist. d. l. n. 30. Gunth. L. 8. v. 38. & seqq.* vbi sic canit:

*Curia Roncaliis certò mandatur habenda*
*Tempore, quò pacis leges, & publica iura,*

*Aut*

*Aut ea, quæ fisci rationibus applicat vsus,*
*Omnibus in mediũ strictè seruanda ferantur.*

*Vide etiam Goldast. d. l. p. 22. c. 15.*

LXXIV. Quod ad modum, & processum comitiorum pertinet, latissimè declaratum est à *Dn. Paurmeist. de Iurisd. L. 2. c. 2. n. 31. Nobiliss. Dn. Goldasto* Politisch. Reichßhend. *p. 22. c. v. & seqq. f. 930. Schönbornerô Polit. L. IV. c. 33. Bertram. d. l. th. 56. Et Kirch. disp. de Rep. V. Corol. 1.* è quibus hæc paucula delibabimus.

LXXV. Vt autem commodè fieri possit, præsupponendum est, nostrum Imperium componi ex capite & membris, caput eiusdem est Imperator; Membra verò distribuuntur in tres classes, nimirum Electorum, Principum, & liberarum ciuitatum. Principum nomine hic comprehenduntur, exceptis Electoribus, Principes omnes, tàm Politici quàm Ecclesiastici, Prælati, Comites & Barones, *Matth. Steph. d. l. n. 11. Paurm. d. l. n. 21.*

LXXVI. De Imperatore, comitiorum, & Imperij capite, prius dicamus, quænam ejusdem sint in comitijs actiones, & quanta potestas? *Bodinum* si consules; *Is L. 2. de Republ. c. VI.* respondebit; Imperatori in comitijs nihil nisi nudum, & inane nomen competere; sceptra quidem, regale solium, pretiosissimas vestes, coronam, antecessionem, imaginem regiæ Maiestatis habere, rem verò, id est, summum imperium, penes eum nón esse collocatum: Eamq; esse Aristocratiæ benè constitutæ rationem, vt quò plus honoris, eò minus imperij tribuatur.

LXXVII. Sed egregiè refutatur *Bodinus à Kirchn. d. l. th. Paurmeist. d. l., vbi n. 34.* eum vocat iniquum, & imperitum rerum Germanicarum scriptorem; Et paulò post, *Bodinum* inquit, si non aliunde, at ex Principibus suæ gentis certiora dil-

ra discere decuerat, quibus si tàm abiecta esset Cæsarum conditio, non ita magno aliquoties fortè stetisset diadematis Imperialis ambitus.

LXXIIX. Valdè autem placet, quod scribit idem *Paurmeist. d.l. n.20.* ius comitiorum esse diuisum ex æquô, adeò vt Statibus nec maior, nec minor, sed par & æqualis cum Imperatore in decernendò competat auctoritas. Id quod potest probari ex Recessuum formulâ solenni, haben wir vnß mit denn Ständen/vnd sie sich hinwiderumb mit vnß vergleichen. Propterea sicuti in contractibus vtriusq; consensus est necessarius; ita etiam hîc ex æquô desideratur arbitrium & consensus cùm Imperatoris, tùm etiam Statuum.

LXXIX. Præterea solus Imperator proponendi in comitijs jus habet, nec cum reliquis statibus idipsum communicat *Bertram. d.l. th. 65. Paurm. d.l. n.31. Celeberr. dn. Goldast. d.l.c.3, ibi:* Wan nun die Keys. Majest. auff daß Rahthauß kommen/ vnd jhre Majest. in solio præparato gesessen/ auch Churf. Fürsten/ vnd Ständen botschafften zuegegen/ so lassen jhre Majest. durch einen Fürsten mit kurtzen worten anzeigen/ dennach die Stände in gutter anzahl auff jhrer Maiestet außschreiben erschienen/ theten sich jhre Majest. freündlich/ genedig/ vnd gnädigst bedancken/ hetten darauff/ waß sie auff solchen tage zue handeln von Nöten geacht zue proponirn, in schriffte verfassen lassen/ daß solte den Ständen fürgelesen werden/ vnd begeret en jhre Maiestet/ solcheß abzuhören/ vnd darauff sich jhren vertrawen nach der gebühre zue erzeigen: alß verlist jhrer Majestet Secretarius oder ein ander/deme jhre Majestet befehlen/ die proposition öffentlich.

LXXX. Et hoc certè prædominantis Monarchiæ signum est, præsertim quod in illis Rebuspublicis, vbi Aristocratia regnat, non consultandi modo, sed & proponendi

por-

poteſtas penes ordines ſit, vti de comitijs Polonicis refert, *Neugebaur L. 1. rerum Polon.*

LXXXI. Illud etiam Cæſaream poteſtatem maximoperè extolleret, ſi verum eſſet, quod à quibuſdam ſcribitur, quando inter ſtatus nullâ ratione conuenire poſſit, diremtionem eſſe collocatam penes Cæſarem. Sane hujus ſententiæ fundamentum videtur exiſtere in §. Alß wir aber *Recess. Spir. de A.C. 1544. ibi:* da wir für vnß ſelbſt/ vnd auß Keyſerlicher macht/ vnd volkommenheit Ordnung darin fürnemen vnd geben würden/ daß ſie ſolches alleß geſchehen laſſen müſten/ vnd in denſelbigen vns alß Römiſchen Kayſer kein form oder maſſe zuſetzen wüſten. *Et author* der nohtwendigen erinnerung *p. 61.* Jn fall aber/*inquit*, die Ständе auff Reichſtagen ſich hierin nicht vergleichen können/ bleiben darumb die ſachen nicht ligen/ ſondern/ es gibt der Römiſche Keyſer den außſchlag.

LXXXII. Sed hoc aliter obſeruari notat *Paurmeiſt. d. n. 31. ferè in medio ibi:* ſi autem inter Cæſarem, & Ordines, vel majorem eorum partem res coire non poteſt, nihil actum judicatur, ſed res in liberâ ac ſpontaneâ conuentione poſita eſt, ita vt nec Imperator ex plenitudine, vti loquuntur, poteſtatis, nec Ordines inuito illo quicquam ſtatuere poſſint, *Conſent. Matth. Steph. & Dan. Ottho ſæpè alleg. loc.*

LXXXIII. Poſt imperatorem maximam obtinet authoritatem, collegium Electorale, & reliqua duo præeminentiâ ac poteſtate longè ſuperat, *teſtib. Dn. Goldaſto d. l. c. 5. ibi:* der erſte vnd furnemeſte Raht/ daruff die andern alle jhren reſpect haben müſſen/ iſt der Churfürſten Raht/ *Althuſ. Polit. c. 33. n. 56.* Schiferer *ap. D. Arum. in Iure publ. Ienenſ. diſc. 18. th. 60.* Schönbörner *L. v. c. 34.*

LXXIV. Officium Electorum, quod peragunt in comitijs, conſiſtit cùm in votis, tum in officijs Imperatoriæ Majeſt. exhibendis. Vota autem, quòd benè notandum,

D viritim

viritim proferunt, *Paurmeist. d. l. n. 24. Bertram. d. l. th. 69.* Et quidem hoc ordine 1. Treuirensis, 2. Coloniensis. 3. Palatinus 4. Saxo, 5. Brandenburgensis, vltimò Moguntinus. *t. 4. § .3. A. B.*

LXXXV. Hîc mouetur quæstio, cur vltimum votum assignetur Moguntino, cum tamen Electorum sit Decanus; Decanus autem primum votum in capitulo habere debet? *Buxtorff. & Arum. ad cap. 4. A. B.* Freheri *in not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 3.* fidem secutus, affirmaui *in discursu 2. de Electoribus th. 103.* Auream Bullam, esse abrogatam & iterum introductam veterē consuetudinem, de quâ loquitur *specul. Saxon. L. 3. art. 57.* Der Bischoff von Meintz hatt die erste stimme/ der Bischöff von Trier die andere/ der Bischoff von Köln die dritte. Et *Günth. L. VI.*

*Ad proceres Electio pertinet, in quâ*
*Præcipuam vocem præsul de Jure vetusto*
*Moguntinus habet &c.*

LXXXVI. Tantorum virorum sententiam lubens, libensq; retinerem, nisi contrariam sententiam expresse deducere possem ex ijs, quæ scribit *Nobiliss. Dn. Goldast. d. l. c. VI.* Alßbald auff die proposition fragt der Churfürst zue Meintz Trier/ darnach Cöln/ Pfaltz/ Sachsen/ vnd Brandenburgk/ jhres voti, einen nach dem andern/ Letzlich fragt der Churfürst zue Sachsen Meintz/ der den durch seinen Cantzler/ oder andern sein votum eröffenen lest :c. Et ita etiam obseruari in Electione scribit *p. 1. 1. 31. f. 45. ibi.:* vnd wir Albrecht Cardinal alß Ertzbischoff zue Meintz/ der andern vnserer mit Churfürsten/ vnd geschickten Botschafften Stim/ vnd vota nach Ordnung/ vñ gesetze darüber gemacht/ von jeden sonderlich gefragt/ vnd erforscht/ vnd

wir

wir andere Churfürsten/vnd geschickte botschafften sämptlich herwiderumb den ehegemelden Herrn Albrechten Ertzbischoffen zu Meintz Stimme/vnd votum auch erforschet/vnd gefraget ꝛc. Et ita etiam recte statuunt *Althus. d.c. 33. n.58. Bertram. d. th. 69.*

LXXXVII. Quænam sint eorum officia præter vota in comitijs vide *in c.27. A. B.* & quæ ibi notat *D. Arum.* Hanc tantùm annectemus quæstionem; Quid si Electorum aliquis vice suâ legatum mittat, anne is vel vicarius officium ejus peraget? Sanè obseruantia admisit vicarium, & reiecit legatum, vide *Arum. Disc. 6. ad A. B. th. 43. Buxtorff. th. 51. l. b.*

LXXXIIX. Secundam membrorum classem in comitijs constituunt principes, quorum nomine, in hac materiâ vt *th.75.* dixi, non tantum primi gradus nobilitatis homines, Cæsar. inferiores, Prælatis verò, Comitibus, & Baronibus eminentiores, sed etiam exceptis Electoribus principes omnes tam politici, quàm Ecclesiastici, prælati, comites, & Barones cõprehendũtur *Paurm. d.l. VVehn. in pract. obseru. verbo* Reichstagk/ Reinking *de regim. secul. & Eccles. S.R.I. L.1. c.v. c.8.*

LXXXIX. Vtuntur autem principes alio quàm Electores suffragiorum ferendorum iure. Namq; in eorum senatu alia Principum propriè sic dictorum, alia Prælatorum, Comitum, Baronum ferendi suffragij est ratio. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi jus habent, quibus ex veteri Prælatorum ordine accedunt quidam â *VVehnero d.l.* relati. Principum autem politicorum familiæ quædam vnum, quædam respectu diuersarum linearum duo, tria vel quatuor vota habent.

LXXXX. Quoad Prælatos verò, Comites & Barones, quòd Principes numerô longè superant, ideoq; sententia-

 rum

rum multitudine, vniuersæ classis ius ad se trahere possint. Igitur iam olim gradus suffraganeorum ita constituti sunt, vt Principes Ecclesiastici, & qui ex Prælatis ipsis accensentur, omnes, vt diximus, viritim, Prælati verò & Comites curiatim sententias dicant, hoc discrimine, vt Prælatorum curia vnius, Comitum verò ac Baronum à locis in duas tribus, Sueuicam, ac VVetteravicam dissecta, duorum ferendorum suffragiorum ius habeat, *vide omninò* Goldastum *d.l.c.7.* von Fürsten Rähte *ibi:* vnd haben die Graven / vnd Herrn Rähte nicht mehr als jedertheil zwey stimmen / vnd zwey vota, eines von wegen der Schwäbische Graffen / das ander von wegē der Wetteraűischer / welche vota durch jhre gewaltvögte expediert, werden.

LXXXXI. Proponendi & dirigendi prærogatiuam in hoc secundo senatu, dux Austriæ & Archiepiscopus Salisburgensis alternatim sibi vendicant. *Alth. d. c. 33. n. 61. Dn. Goldast. d.c. 7. ibi:* in diesem / Sc. Principum, Raht hat vor alters Saltzburgk / etwan auch Magdeburgk als primus geredet / vnd proponiret, aber eine gute zeit hero / als erstlich Magdeburgk mit Shaltzburgk der session Streitig worden / vnd den das Ertzstifft lange zeit nicht verum Archiepiscopum, sondern allein Administratorem gehabt / sonderlich bey Carolo V. Imperatore, da haben Saltzburgk vnd Osterreich in der session vnd reden abgewechselt / vnd alternis vicibus die dinge verrichtetet / vnd noch / vnd also Magdeburgk gar aussen bleiben / doch protestiret iedertheil de suâ prærogatiuâ.

LXXXXII. Vltima classis curia ciuitatum Imperialium est, iusq; duplicis habet voti, quamuis inter se singulæ sententiam dicant. *Goldast. d. l. c. 8. ibi:* Jnmassen dan auch die Städte in außschüssen alle mehr nicht als zwey vota haben / aber in jhren Rath votirt eine jeder für sich selbst / vnd haben die gesandten der Städte einen gemeinen Syndicum, welcher von der Stadt da der Reichstagk gehalten / bestellet vnd geben wirdt. *Eadem refert Althus. d. c. 33. n. 64.*

93. Hon.

LXXXXIII. Hoc vltimò diligentissimè ex *Paurmeistero d. n. 31.* Schönbornero *d. c. 33.* Reinkingio *d. c. 8.* notandum, Non personarum vel ordinum, sed classium siue curiarũ vincere numerum. Si itaq; classium omnium vel duarum maior pars absq; variatione consentiat, ex parte ordinum siue curiarum confecta res est; sin minus, tam diu replicando, duplicando, quadruplicando &c. inter se adductis hinc inde pro opinione suâ idoneis argumentis, à Cæsare & Ordinibus disceptatur, donec vel hi in illorum, vel illi in horum sententiam spontè concedant. Schönborn. *& Paurm. dd. ll.*

LXXXXIV. Hîc opportunè tractari potest quæstio elegantissima; ANNE VOTA IN COMITIIS SINT NVMERANDA, AN VERO PONDERANDA; vel quod idem, ANNE MAIORITAS VOTORVM, an vero SANIORITAS SIT RESPICIENDA? de hâc quæstione vide latissimè *Buxtorff. ad A. B. th. 34. Dan. Otthon. d. l. Bertram. th. 73. Besold. de Iurisd. Imper. Romani c. 15. VVarem ab* Erenbergk *de regni subsid. c. 2. n. 19.* Reinking. *d. l. n. 62.*

LXXXXV. Et licet maioritas votorum communiter præferatur, attamen nos cum *Bertramo & Besoldo* dictis locis hasce sequentes addemus limitationes 1. excipimus causam Religionis, & conscientiæ; cum ejusmodi res singulos singulatim tangat, non vniuersim omnes, neq; solummodò excipimus causas, quæ directè Religionem concernunt, sed &, cum vel per indirectum interuenit negotium religionis. 2. excipimus contributiones 3. statuimus, majora vota in detrimentum aliorum, locum habere non posse, in tollendâ lege fundamentali, & finihbus.

LXXXXVI. Atq; quod ita in commune placuerit, decreti comitialis ac legis habet vigorem, adeò vt & Cæsar, non minus ac Status & Proceres Imperij hisce legib⁹ se subijcere cogatur, & proinde hodiè non sit solutus legibus, *vide*

*Recess.*

Recess. Augustan. de A. C. 1500. ibi: vnd hierauff gereden vnd versprechen wir König Maximilian bey vnsern Königlichen würden vnd worten/für vns vnsere Nachkommen Römische Kayser vnd König ꝛc. diese obgeschriebene Satzung/vnd Ordenung getreulich vnd vestiglich zuehalten/vnd volziehen ꝛc.

LXXXXVII. Quid verò de absoluto Monarchâ dicendum, annè & iste subiectus erit LL.? Nos approbamus sententiam *Gunth. nostri, qui L. 8. in Ligur. sic canit.*

*Summus in orbe ferar, legũq́; immunis & expers,*
*Non seruire quidem cogar, sed condere Jura*
*Fas habeam &c.*

Et iterum

*Nam nihil, vt verum fatear, magis esse decorũ,*
*Aut regale puto, quàm legis iure solutum*
*Sponte tamen legi sese supponere regem.*

LXXXXIIX. Neq; curantur absentes legitimè citati: namq; & hi acta in comitijs obseruare tenentur. *vide* R. A. *de A. 1541. §.* Wir auch Churf. *ibi:* wo aber jemandes vngehorsam seyn/vnd zue solchen Tage dieselmen nicht abfertigenn würde/so sollen nichts destoweniger die erscheinenden im handel forthfahren/vnd was die Notthurfft erfordert/bedencken/berahtschlagen vnd schliessen/vnd waß also beschlossen/vnd durch vns in das heilige Reich publicirt, vnd verkündet würde/das sollen die abwesenden gleichwol zuhalten vnd zu volnziehen pflichtig sein/in allermassen als weren die jhren gegenwertig/vnd bey solchen Rahtschlagk/vnd beschluß gewest.

LXXXXIX. Subscribendi & signandi rationem *vide ap. Paurm. d. l. n. 33. Dan. Otthon. d. l. f. 506. Althus. c. 33. n. 25.*

C. Vltimò hanc quæstionem annectere lubet, quis adversus quos durantibus comitijs iurisdictionem exerceat? Hanc quæstitionem tractant. *Bertram. d. l. th. 60. Dan. Ottho d. l. p. 486.* Et respondent, diuisam eam esse inter Mareschallum Aulæ Cæsareæ, Mareschallum hereditarium, & senatum oppidanum. Ille enim in eos, qui eidem aulæ sunt addicti; iste in legatos, & legatorum familiam, aduenasq; omnes; senatus deniq; vrbicus in suos ciues eandem exerceat.



## Corollaria Ex Ivre Feydali.

I.

In Electoratu Saxoniæ vasallorum quidam immediatè, quidam mediatè principi subijciuntur, quorum illi Cantzeley oder Schrifftsassen/ (quòd Princeps tantùm, vel eius nomine consiliarij ex cancellariâ ipsis imperent,) hi verò Amptsassen/ (quia præfectis, seu quæstoribus subijciuntur, & coram ijs conueniuntur,) appellantur. De hisce Amptsassijs quæritur, an non solùm ad Principis, sed etiam ad quæstoris, qui ipsis præest, requisitio-

ſitionem comparere, & ſeruire teneantur? R. quod ſic.

II.

Num dominus feudo ſibi aperto, ratam habere cogatur ſubinfeudationem à mortuo vaſallo factam, ſi ritè ſubuaſallus ſeſe ipſi applicet, difficilis eſt quœſtio? Nos dominum cogi poſſe, vt approbet, arbitramur *per t. 9. L. 2. F.*

III.

Ad alienationem, & oppignorationem feudorum requiri domini conſenſum, indubium eſt; de hoc quærimus, anne etiam tacitus ſufficiat? Sanè communis opinio ſtatuit, quod ſic, *vide Dn. Vult. de feud. c. 10. n. 64. Borch. de feud. c. 8. n. 72. gl. ad t. 52. L. 2. F. verb. ipſorum permiſſu. & ibi Iacobum de Beluiſo; Baldum. Laudenſem, Auarot. in cap. vn. §. præterea Quib. mod. feud. amitt.* præſertim ſi de alienatione ad dominum litteræ eſſent ſcriptæ, quibus acceptis tacuiſſet.






RIESHEIMI, generis nitens vetusti
*Quem laus tollit, & eruditionis,*
*Quid tibi est animi? quid est, amabo,*
*Mentis enthea, & ingeni superbi?*
*Vulgo ne solitum teri sequaris*
*Callem, tramite vel frequente carptum.*
*Non de vi, neq; cæde, nec veneno,*
*Non furto, neq; polluente stupro,*
*Non mutuatitio; fideq; fracta:*
*Aut quibus sibi leguleius auram*
*Captet, vel rabula, inscij popelli:*
*Sed res est tibi iure de supremo*
*Regum, comitijs, honoribusq;,*
*Quos quisq; hic teneat gradus decentis*
*Principum sibi dignitatis aptos:*
*Nec non cætera, nota non Hygeiæ.*
*Euge: sic facis, & genus, vel illa*
*Quod indulta tibi indoles requirit.*
*Sic non serpis humi, sed eleuatis*
*Magnorum atria, curiasq; Regum*
*Sublimes penetras, sonorus alis.*
*Ni fallit mea mens, & omen, olim*
*Prodibis cumulis ouans honorum,*
HEIMENSFELDIADE *suo Patrono,*
*Non minus generis nitens vetusti*
*Quem laus tollit, & eruditionis.*

*Conuictori suauißimo*
*faciebat*

Ioann. VVolfius Med. D.
& Profess.

*Magnifico, nobiliß. consultißimoq; viro,*

DN. MELCHIORI GOLDAST, ab Heiminsfelt, Illustrissimi Comitis Holsato-Schavvenburgici &c. consiliario intimo, amico meo.



Ccipe, nobilium flos mellitissime, & æui
Fama decusque tui, munus, quod mittit ab Elmo
Iulia Nympha tibi. Non dedignaris amicâ
Nostra manu scripta & nostros versare labores:
Fassus es hoc coràm, & non vna est littera testis.
Caussa tibi constet: nos calculus ille subinde
Admonet officij & grauioribus applicat ausis.
Stemmata majorum en qui tecum iactat, auosque
Ac proauos longâ serie numeroque recenset,
Esse tui similis gaudet, modò Pallas amica
Annuat, & mites iungant suffragia Musæ.
Sume manu placidâ dignum te munus, & illo,
Auctorique faue. Virtus emergere gaudet
Sponte suâ: si promoueas audentior ibit
Non cessura viâ nisi voti reddita compos,

*Henricus Meibomius, Poëta & Historicus.*

*AD NOBILISSIMVM ET DOCTISSIMVM.*

Dn. RESPONDENTEM.



*Valis in aduersos iuuenis qui dirigit hostes*
*Arma, ferox animis, & Marte & robore plenus*
*Lethifero gladio & metuendus arundine, vitam*
*Iuratam patria sacrat, & non abstinet armis*

*Quin*

*Quin prius aut paci patriam, aut minitantia bellum*
*Signa neci dederit: non illi pectus inanis*
*Sollicitat metus indomitum, neq; robora turpis*
*Acria mollities, animum impatiensue laborum*
*Debilitat torpor dubium; Sed & acrius instat.*
*Pauperiem, & mala cuncta pati, & magis acer in hostem*
*Lance tumet tereti, magis & gladio asperat iras*
*Egregius iuuenis cuneo selectus ab omni,*
*Non prius arma manu ponit, quam parta triumphi*
*Gloria victori cedat: simul ire paratus*
*Atq; animare suos in prælia, fortis in omnem*
*Fortunæ euentum, semper truculentus in hostem*
*Quisquis in arma dedit patriæ contraria dextram:*
*Talis Diua Themis tua sese in castra professus*
Grieshemius *nunc prodit ouans, animiq; potentis*
*Robora diuinis studiorum deuouet armis,*
*Iuratumq; sacris promittit legibus æuum.*
*Non illum impatiens torpor, segnisue veternus*
*Debilitant, neq; mollities inflectere sensus*
*Inclutos vel duro potuit reuocare labore*
*Robora, sed studio certat superare perenni*
*Quidquid in Ascræâ curæ exantlare palæstrâ*
*Diua iubet, quantoq; magis consurgere curæ*
*Occipiunt, animo vigili tantò acrius instat.*
*Non prius à legum promtus discedere castris,*
*Publica quam noscat cumprimis iura ad amußim,*
*Atq; queat dubijs iustum decernere caußis*
*Et studium in patriæ communem ferre salutem,*
Grieshemiamq; *domum titulis grauioribus ipsi*
*Inserere, & factis illustrem reddere olympo.*
*Namq; vbi prima sacræ addidicit monumenta Themistos*
*Militiæ gnarus, rigui ad vaga flumina Salæ,*
*Et quâ Leucorei surgunt præclara Lycéi*
*Pulpita,* Forsterus *fax consultißima iuris*
*Os geniumq; patri similis, quæ animata celebrat:*
*Fortius intendit Duce sub grauiore mereri*

*Helmo*

*Helmopolinq; petens quà Elmo confinia monti*
*Atria Musarum fundauit Diuus honore*
*IVLIVS, antiquis non inferiora Lyceis*
*Suauiloquis quondam quæ Pallas habebat Athenis.*
*Te pergit Themis alma sequi, vt corroboret vsu*
*Vbertore animum, mentem & grauioribus ornet*
*Doctrinis, linguamq; disertis instruat armis*
*Incluta* Graniadis *delibans scripta, sagaci*
*Quidquid & æterno* Goldastus *dignus honore,*
Goldastus *gemini vertex & gloria Iuris*
*(Cuius* Meibomij *pertentent carmina laudes*
*Doctificus nunc quando mihi mendicat Apollo,)*
*Contulit imperij magnos conamine in vsus.*
*Perge ita* Grieshemidum *spes inuidiosa Parentum*
*Perge age, nec mores quæsitos pone, sed vrge*
*Quam tentare viam iuris fausto omine cæpisti,*
*Sic olim sub iure tuo ius cresces & æquum,*
*Qualiter enodes narrantur crescere cedri,*
*Aut tenera laurus, aut propter littora myrtus*
*Et patriæ incrementa feres prælustria terræ*
*Non sine dulcifluo fructu, Atq; vt lumina Phœbi*
*Fax fulgore gregum subfuscat cuncta minorum:*
*Sic tu priscorum transcendes facta Parentum,*
*Quodq; in* Grieshemidum *nunc clares stemmate, id omne*
*Virtute, ingenio, Doctrinâ & nomine vinces.*

M. Iohan. Lüders P. C.
Eth. & Pol. Prof. publ.

FINIS.

